

05

A

1381



V

D
C
Pr

D

M



DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
VULNERIBUS
CHRISTI,

SUB PRÆSIDIO VIRI

Plurimum Reverendi, Amplisf. & Excellentissimi,
DN. JOHANNIS ANDREÆ
QUENSTEDT, SS. Theol: D. &

Prof. Publ. celeberrimi, Electoralium Alumnorum
Ephori gravissimi, nec non Collegii Theolog. p. t.
Decani Spectatissimi,

Dn. Patroni, Promotoris ac Præce-
ptoris sui omni observantiæ cultu perpetim
prosequendi,

Ad disputandum publice proposita

A

M. JOHANNE NICOLAO JACOBI,

Dresd. Elector. Alumno.

Editio Secunda.

Ad diem

Anno Æræ Christianæ M. DC. LXIII.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS BORCKARDI.



05 A 1387

ori
dig
vin
Cu
lib
fili
per
gne
run
B.
Do
rio
Ch
Scr
no
en
sta
fed
ex
bli
pa
ven
qu

S.
tes



עמי עשר

Quantoperè colat ac veneretur Franciscum Assisium, sancti-
oris sectæ, ut autumant, auctorem, gens Pontificia, demonstrat
dignitas, quam supra angelicam & beatorum hominum, in ipsâ di-
vinitate, ei asserunt fabulosè. Refert enim ex Cœlio Secundo
Curione Hottingerus, integrum de eo à Sectariis conscriptum esse
librum, in quo dicatur sedere in vulnere lateris Christi, & inde pro-
filientem visum aliquando à cultore quodam ipsius indefesso. Et
pervulgatum est, quod Jesu typici nomine ipsis veniat, propter si-
gna vulnerum, in manibus & pedibus ex nervosâ carne coalito-
rum & stillantem è latere, dum in vivis esset, sanguinem: id quod
B. Micrahius ut credat, non procul ab est. Sed, apage avium illum
Doctorem, anserum præconem, & multarum nugarum ac supersti-
tionum parentem, ut D. Balduino vocatur. Sit sanctum lateris
Christi vulnus salutis nostræ penus, non pessimi hominis latibulum:
Scriptura Sacra nos informet de vulneribus Servatoris, eorumq;
nobis instillet fructum; non flagitiosa Monachi caro ostendat. Ista
enim vulnera nobis sunt arbor vitæ, unde balsamum sanitatis, &
stacte favoris benevolentiaq; divina erga nos non stillat guttatim,
sed largo fonte se diffundit. Meditatione igitur perenni digna, &
ex mente à piis ne dimittenda semel quidem. Propterea etiam pu-
blice ea nunc meditari placuit nobis, testaturis recentem fructus
passionis in cordibus nostris memoriam, omni tempore. Facturi
vero id duo tantum producemus capita, de definitione prius, & de
quesitu dignis quibusdam alterum. Fiat in nomine

Pasquil. Eccl.
stat. p. 230.
hist. Orient.
l. c. i. 6. p. 221.
одныѡ part.
ii. 266.

hist. Eccl.
part. 3. p. 210.
præf. ad part.
l. pass. typ.

הקבה

CAPUT I.

Definitionem complectens.

§. 1. **V**ulnera Christi sunt sanctissimæ carnis ejus fissuræ, con-
 nivente Deo, & impellente Diabolo, à Judæis per mili-
 tes Roman. ferro acuto & animo truculento, in manib9, latere

A 2 ac pe-



ac pedibus factæ, eo quidem fine, ut misere excarnificatus interiret; ordinatæ tamen à Deo in omnium hominum salutem.

§. 2. Utimur aliàs vulneris nomine diversè, quum dicimus vulnus amoris, vulnera vitæ, id est dolores, ex amore natos, & res, quæ vitæ integritatem minuunt: item, quando vulnera Reip. conscientiæ & orbitatis, damna & clades, dolores & cruciatus animi nuncupamus: sic etiam, quando telum, infligendo vulneri idoneum, vulnus ipsum appellamus, auctore Virgilio atque Plauto. Sed in præsentî tractatione pro apertura, vi ferri facta, unicè capimus. Atque hoc sensu de Christo sumptum consimilibus pluribus aliis gaudet nominibus. Sunt vero partim Biblica, partim Ecclesiastica: Biblica aut concretivis & complexis, aut simplicibus & abstractivis terminis constant: Utraq; tum Metaphorica, tum periphrastica sunt. Biblica concretiva, & propria nomina, quibus insigniuntur vulnera Christi, sunt פיש Gen. 2. 15. quod propriè percussione & vulnerationem notare Rivetus judicat. Acob id LXX. Interpp. voce ἰερήσεως, prout in Complutensi editione & Regiis Bibliis extat; non ἰηρήσεως, ut in Vaticano codice, & in Targum Onkelos voce פיש & פיש, meminît, observavit, exprimitur, reddiderunt. Quibus cum faciunt Jonathan Ben Uziel, verbum פיש, percussit, Targum Hierosolymitanum, & פיש & פיש, læsit & agrè fecit, ac sapiens פיש vocabula פיש & פיש, momordit & occidit, adhibentes. Eo etiam, quod videlicet alludatur ad genus mortis Christi, siquidem pedes ejus, calcaneo designati, vulnerandi & perfodiendi erant in cruce, ut ait Magn. D. Calovius, tendunt reliquæ versiones omnes, quas magno numero collegit B. D. Waltherus. Alia hujus generis nomina habentur Es. 53. פיש & פיש v. 4. quod Hieron. Xavier participio passivo פיש, percussione cum sanguine notante, eloquutus est: Inde enim est פיש laniò, qui pecudes cædit & mactat: pro quo alium פיש, crucifixus, substituisse inepto sensu, Ludov. de Dieu annotat. Sic & eodem capite invenitur פיש v. 5. פיש Ps. 22. 17. פיש Zach. 12. 10. פיש Apoc. c. 1. 7. Joh. 19. 37. & פיש v. 34. quod de maximo vulnere usurpatum fuit Homero, cum ait:

Exerc. 36. in
Genes. p. 145.

Comm. MSC.
ad Gen. 315.
Quadr. misc.
Theol. p. 6. 7.

ad hist. Pers.
p. 434.

Illal. A.

Nu 5

Νύξ δέ μιν κατὰ χεῖρα μέσην ἀγκῶν ἐνεπθεν.

Unde & Augustinus in hunc locum addit: *Vigilanti verbo Evangelista usus est, ut non diceret, latus ejus percussit, aut vulneravit, aut quid aliud, sed lancinavit, aperuit: ut illic quodammodo vitæ ostium panderetur.* Syrus quoq; suo **ⲛ ⲉ**, ac Nonnus Paraphrastes verbo **ⲉⲧⲁⲗⲉⲓⲛ** tam pro maximo vulnere, quam levi punctura veniente, idem judicare voluerunt. Abstractiva nomina sunt **ⲛⲓⲛⲓⲛ** & **ⲛⲓⲛⲓⲛ** Es. 53. ubi Servator noster, secundum Hieron. dicitur vir dolorum, aut, juxta LXX. Interpp **ἀνθρώπων** ἐν πληγῇ, nemine istorum vim vocis assequente. **ⲛⲓⲛⲓⲛ** enim plus est, inquit Reverendiss. Dn. D. Wellerus, quam **ⲛⲓⲛ** & præter languorem & debilitatē cruciatu sensum subinfert, & est intentissimè ac maximè, tam animo, quam corpore, & quandoq; ex vulnere dolere, ut Gen. 34. 25. Adde Jer. 51. 8. ubi à Chaldæo per **ⲓⲛⲓⲛ**, violentam fracturam, quoad homines gladio, & quoad ædificia, igne conficiendam, effertur. Accedit ibidem **ⲓⲛ** v. 8. quæ vox LXX. Interpp. **μῶλωπα** significat: & retinetur à Petro in 1. Ep. 2. 25. redita à Syro per vocem **ⲛⲓⲛⲓⲛ**, quæ habet radicem Arabicam **ⲉⲓⲛ**, bell gerare, & inde vulnus acciper notantem, observantibus Raphaelengio & Trostio. Ab Arabe verò significantius voce **ⲓⲛⲓⲛⲓⲛ**, vulnera, ex rad. **ⲓⲛⲓ** vulneravit, sauciavit, exprimitur. Metaphoricum nomen unum est Cant. 2. 10. **ⲓⲛⲓⲛ** foramina petrae. Periphrasin vulnere Johanni. habet c. 20. 25. cum **ἵππον τῶ ἡλῶν** dicit: cum quo concordant Syrus **ⲛⲓⲛⲓⲛ** **ⲛⲓⲛⲓⲛ** locum clavorum, Arabs, **ⲓⲛⲓⲛⲓⲛ ⲓⲛⲓⲛⲓⲛ**, signum clavorum & Nonnus **ὄξύτορον τύπον ἡλῶν** vertentes. Ecclesiastica non incommuniora sunt vulnera, **τράυματα**, cicatrices **τὰ ἰχνητῶν τραύματων**, & quæ reliqua. Theodorus Metochites **ὠτειλάς** vocat, quando, in historia Rom. Christum post resurrectionem adhuc quadraginta dies obambulasse, & ostendisse **ὠτειλάς ἐν τῷ Θεοειδῆ σώματι**, prodidit. Ubi τὰς ὠτειλάς Joh. Meursio interpretatur vulnera, eaq; levissima Thom: Bartholinio: quia in Lexico suo MSto repererit, **ὠτειλήν** esse **τράυμα**, ἢ **ὀυλήν**. **ὀυλήν** autem, juxta illud Lexicum, esse **τῆ τραύματ** & **συνέλωσιν**, indeq; patere, quod vulnera Christi non magna fuerint. Ast magna omnino extiterunt, & acerba satis, uti probant Scripturæ

Tract. CXX.

in Es. 53. cap. p. 35.

Lex. p. 228.

Lex. p. 628.

de lat. Christi aperto p. 141.

De iis phrales, militum & Judæorum effera improbitas, & implacabile odium, clavorum & lanceæ magnitudo, ac testimonium Johannis, cap. 20. referentis, quod Salvator jusserit Thomam *Φέρει καὶ βάλλει τὴν χεῖρα εἰς τὴν πλευρὰν.* Quod vero præ *Τροματι* arripuit *οὐλὴν*, minus recte fecit vir insigniter doctus, & de magnitudine passionum, quibus divexatus fuit Jesus, dimittit. Ad hæc nulla ipsi causa fuit, ob quam id faceret, nisi conficta crucis altitudo, qua impediverit ferrum, ne altius penetraret. Istam vero destruunt tum ritus portandi crucem, quem Plutarchus de serâ num: vind: exponit, *τῶν κολαζομένων*, ajens, *ἕνας τῶ σώματι ἐκφέρει τὸν ἐαυτοῦ σάουρον*, & Christus servavit Joh. 16. 17. tum scalarum defectus: tum militis, confodientis latus, conditio, qui non eques, sed pedes fuit: Vocatur enim *σφαλιώτης* uon *ἰσπεύς*, qui Romanis diversi erant. Recte proinde Balduinus noster dixit, *sancto lateri impressam fuisse immensam lanceam, maximumq; vulnus inibi factum.*

Part. 1. pass.
typ. p. 498.

§. 3. Cæterum ad rem porro progrediendum est. Ac primo quidem diversa Dei & Diaboli, circa data Christo vulnera, actio pensitanda est. Deus quidem decrevit ab æterno, præviso nempe humani generis lapsu, unigeniti Filii sui, pro nobis incarnandi, passionem ac mortem, mille modis, pro sapientissimo suo consilio, & infinitâ potentiâ, non læsâ sanctitate absolutissimâ & justitiâ, perficiendam: Hoc tamen mortis genus, quo vulneribus confectus occubuit, non decrevit; sed, qui primus mortem induxit, eam Christo attulit, immani sævitiâ contra ipsum pessimos Judæos dementando. *Prævidens autem hac ratione Deus omniscius, impias Judæorum mentes ac voluntates, quemadmodum Menochius loquitur, incitante Diabolo, ita dispositas fore, ut, si Christus illis objiceretur, eum invaderent, crucifigerent ac vulneribus confoderent, crudelitati Judaicæ diris cruciatibus vexandum Salvatorem optimum permisit; ab æterno tamen non voluit, ac si aliter ad mortem dari non potuisset. Permisit itaq; Deus peccatum, seu, sceleratam Judæorum actionem, sed voluit peccati finem, ad quem id, quod suâ naturâ malum erat, interventu bonitatis & sapientiæ, novit convertere, ipsamq; ἀταξίαν, ut in reliquis actionibus malis, ad τάξιν revocavit, dicente Hunnio. Unde*

Disp. de Prov
§. 127.

præ-

præclarè distinguit Balduinus noster inter decretum resp. cru-
 delissimæ actionis, & vulnerum, quod Deus non fecit: & respe-
 ctu obedientissimæ passionis, ejusq; finis, salutis nostræ, quod ab
 æterno ordinavit, miseriam nostri videns, misericordissimum
 Numen. Atq; cum his conspirant Antiquiores. *Actio Deo di-*
splicuit, passio grata fuit, Prosperi effatum est. Actum Judæorum
non voluit Deus, passionem verò Christi voluit, sententiarum Ma-
gister, Lombardus, ait: Omnium verò pulcherrimè de hac re Leo
differit: Multum diversum, ait, multumq; contrarium est id, quod
in malignitate Judæorum est præcognitum, & quod de passione Chri-
sti est dispositum. Non inde processit voluntas interficiendi, unde vo-
luntas moriendi, nec de uno extitit spiritu atrocitas sceleris. & tole-
rantia Redemptoris: non enim impias furentium manus in se Domi-
nus immisit, sed admisit, nec, præsciendo quod futurum est, coegit, ut
facerent, cum tamen ad hoc ipsum carnem suscepisset, ut fieret. Præ-
ferendus tamen his singulis est Princeps Apostolorum, Petrus,
 quod Act. 2. 23. ἦ ὠρισμένη καὶ προγνωσθεῖς Ἰησοῦν Christum
 cruci suffixum pronuntiavit. Hic enim vox προγνωσέως, quæ
 Syro נְתַוְרִי הַמֶּתְרַבֵּן, anticipatio scientiæ, notanter interpreta-
 tur, ad sceleratum Judæorum factum, ejusq; permissionem; βε-
 λή verò ad optatum illum finem spectat, quem Deus in consilio
 suo respexit, ut, præ cæteris, explicavit Excell. Dn. Præses. Con-
 sonat pronuntiato huic exactissimè, quod idem, cum Johanne
 socio, cap. 4. Act. v. 28. fatetur: συνήχθησαν ποιῆσαι, ὅσα ἡ
 χεὶρ σου καὶ ἡ βεβλήσας προώρισε γενέσθαι, non, ut facerēt, quem
 admodum Calvinus secta pervertit; sed ut fierent, ad redimen-
 dum genus humanum. Etenim verba isthæc non absolutè su-
 muntur, sed limitate, & ratione facti Judæorum impii, permis-
 sionem, ratione finis autem, decretam in Deo consilio determi-
 nationem proponunt. Interim negari non potest, quod dicta
 nonnulla videantur Deo tribuere causam vulnerum & tormen-
 torum ipsorum, quorum vim pertulit Messias. Sunt ista Es. 53. 4.
 quum percussus à Domino dicitur; & v. 10. Dominus voluit in-
 ipsum conterere in infirmitate. Verùm enim verò, ut Balduini
 verbis utar, *Dominus fecit, quod milites fecerunt, non quasi jam*
excusationis aliquem prætextū habeant facinorosi illi, & mali causa
in sei-

lib. i. sent. dist.
 48. serm. 16.
 de pass. Dom.

Disp. i. de
 pass. Dom.
 quest. 2. §. 5

pass. typ.
 part. 1. p. 459.

in seipsum devolvatur: (quæ enim possunt, cum Dominum gloria crucifixerint?) Sed quia Dominus actionem pessimam ad finem optimum direxit, dum, ex passione acerbissimâ Filii, medicinam presentissimam, adversus morsum antiqui serpentis, preparavit.

§. 4. Conivente igitur hac ratione Deo ad Judæorum scelus, quo vulnera minitabantur, & faciebant quoq; Salvatori, principem se gessit auctorem animarum, & vitæ depeculator Satanas, nec implere odio & furore Judæos destitit, donec extremū diem vulneribus clausisse vitæ ac necis Dominum vidit. Innuit hoc ipse, quum potestatem tenebrarum, in se irrumperentem, explicat Luc. 22. 53. quod nimirum totus orcus, immani odio sui accensus, & furiis concitatus, nunc eò intendat omnes conatus, quibus opprimatur is, qui mox victor appariturus & triumphum reportaturus erat gloriosissimè. Prænunciata erat diu ante, in paradiso, hæc potestas, quando calcaneum Semini mulieris à Serpente antiquo conterendum dixerat Deus, Gen. 3. 15. quod non alio tempore factum est, quam quo in crucis arâ pedes ejus clavis fuerunt transfixi, & sanguine madefacti proprio, ut graviter inquit Waltherus.

*In quadrag.
Misc. p. 73.*

§. 5. Cæterum adscivit furoris sui socios, Judæos, Diabolus, quærens & Servatoris, & servandorum internecionem. *Commovit enim istos, dicente Theophylacto, ut Christum crucifigerent, ferroq; trucidarent. Prædixerat id sibi Dominus Joh. 2. 19. Solvite, compellans Judæos, templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Et coram discipulis Luc. 18. 33. postquam flagellaverint, occident eum, de se in tertia persona, more Sacrorum Scriptorum, loquens. Petrus verò omnium acerrimè scelus hoc Judæis, in solenni cœtu, exasperat & opprobrat, cum ait Act. 2. 23. Jesū Nazarenum πρὸς τὴν ἕξιν ἀνείλετε, v. 63. ἐσαυρώσατε, cap. 5. 30. διεχειρίσαθε κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλων.*

In Joh. c. 3.

§. 6. Veruntamen illi proximè non dederunt effectum, sed genus hominum ex omnium scelerum importunitate, & flagitiorum impunitate conflatum, milites Romani, qui & convitiis prosciderunt, & vulneribus confecerunt Gentium Salutem. Judæis enim hac in causa judicium neque damnationis, neque executionis competebat, ut fatentur ipsimet Joh. 18. 32. nec abnu-

abnuunt Rabbini, in Talmud Hierosolymitano, *בְּרֵאשִׁית הַיּוֹדֵה*,
 & Rabbi Salomo; quamvis aliàs capitale supplicium ipsis
 prorsus ademptum non esset. Exequavit tamen, si non longè
 superavit, eorum crudelitatem in innocuum sanguinem
 concitatus furor militum, qui manibus suis vibratis, mortis
 instrumentis vulnera Christo inflixerunt. Adstruit istud
 Marcus c. 15. 20. Matth. c. 27. 31. Johannes c. 19. 23. quos & i-
 pso v. 32. cruri fragio peragendo in latronibus, quos inter me-
 dius Salvator pendebat, adhibitos narrat: hoc verò cum ac-
 celerandæ mortis causâ, ab ipsis fieret, dubitandum minimè
 est, quin peregerint quoque crucifixionem, lentè aliàs ac tardè
 mortem inducentem, & ut plurimum cum alio suppliciorum
 genere, apud Veteres, conjunctam, ut Salmasius exponit. Ac-
 cedit, quod à militibus profectum sit omne, quicquid gravio-
 ris in Christum statutum fuit. Nunc enim pro ludibrio ve-
 stiunt mœrore penè consumptum: nunc è spinis plexâ coronâ
 compungunt ejus caput: nunc sceptro donatum supplices ad-
 orant: nunc purissimam faciem foedissimis oris excrementis
 conspurcant, & caput, angelicis tremendum potestatibus, fu-
 stibus & baculis tractant durissimè. Ipsa quoque ejus vestimen-
 ta, cum jam in crucem actus esset, sorte dividunt & secant:
 Quos eisdem cum crucifixoribus faciunt Matthæus & Marcus
 c. 27. 35. c. 15. 24. Omnem verò dubitationem in hac re tollit
 Johannes, qui ministros nequitiæ universæ, quæ Christo illu-
 serunt, stiturus c. 19. 24. ait: *οἱ μὲν δὲ κρατιώτατοι αὐτῶν ἐποίη-
 σαν*, quod Nonnus Paraphrastes reddit:

Καὶ τὰ μὲν ἔργα πέλεσεν ἀθεσμοβίων κρατῶν ἀνδρῶν.

§. 7. Ideoq; certitudine caret, quod de lictoribus & carni-
 ficibus definiunt Lactantius, & alii. Quanquam enim Roma-
 nis sui & lictores, & spiculatores erant; non tamen eorum Scri-
 ptura meminit in hac historiâ, ac proinde nobis silentium im-
 perat. Adrichomius in descript. terræ sanctæ eos quidem in-
 ducit, quando formulam sententiæ, de Christo latæ, adducit
 hanc: *Jesum Nazarenum, subversorem gentis, contemptorem
 Caesaris, & falsum Messiam, (ut Majorum suæ gentis testimonio
 probatum est) ducite ad communis supplicii locum: & cum ludibrio*

B
regia

סנהדרין י"א. כ"א.

cap. 1.

היוכודקן

ad Gen. 49.

ad loc. cit. &

Talm.

Epist. 2. de

Crucep. 47.

Lib. 4. Inst.

div. c. 26.

In descript.

urbis Hiero-

solym. num.

115.

orie
opti-
esen-
ice-
ori,
ator
c ex-
idit.
pen-
ni o-
nes
us &
erat
mini
Gen.
s arâ
pro-
lus,
mo-
ent,
Sol-
cita-
int,
to-
æis,
Jesû
p. 5.
sed
agi-
itiis
Ju-
que
nec
nu-

regia Majestatis, in medio duorum latronum, cruci affigite. I li-
etor, expedi cruce. Quâ prolatâ sententiâ, eum militibus suis
crucifigendum tradidit, &c. Sed, de expedienda cruce, & pa-
randis ad eam necessariis, intelligenda ista sunt: non de edu-
ctione, & sublatione in crucem, quam unicè militibus Roma-
nis vindicat historia Evangelica: cum quâ etiam perpetuò lo-
cuti sunt B. Balduinus & Gerhardus.

Pass. typ.
n. harm. pass.
1. 18.

§. 8. Affatim quoque causarum suppetit, quod gentibus af-
fligendus & vulnerandus Salvator concessus fuit. Cyrillus
ob Paschatis, Judæis sacrosancti, propinquitatem factum ex-
istimat. Augustinus Judæorum, mortis Christi accusari no-
lentium, voluntati tribuit. Quatuor tamen de causis potis-
simùm accidit. Primò quidem ut de adventu Messia, & sce-
ptri ablatione Gen. 49. 10. docerentur Judæi. Deinde ob
nostram salutem, ut per ipsius in alienas manus traditionem,
ab alieno dominio 2. Cor. 4. liberaremur. Tum verò, ob fidei
nostræ confirmationem, quâ credimus Christum Salvatorem
Judæorum & gentilium Es. 49. 6. Tandem, propter nostrum
solatium, qui ex gentibus oriundi sumus, & in regnum Messia
translati, rejectis Judæis, Matth. 8. 11. 12. Act. 13. 46.

§. 9. Sed de vulnere lateris clarior longè res est. Ita enim
Johannes c. 19. 34. εἰς τὸν σελιωτῶν λόγχη αὐτῆς τὴν πλευρὰν
ἔνυξε, σελιωτὴν Evangelista, ΝΗΨΙΣΟΥΤΑ ΙΩ ΓΗ Syrus, &
αὐτοῦ ἀκίχητον Nonnus dixerunt, de milite quodam grega-
rio, non equite, loquentes: quod cum Xaverio, & Bohemica
versione N. T. Bartholinus falsò asserit, tædiosum aliàs iter,
quod pedibus emetiendum erat, militibus Romanis factum
prætendens. Veruntamen falsè ipsi Salmasius, quùm scive-
rit σελιωτῶτα non nisi milites de peditum cohorte absolutè vo-
cari, & distingui ab ἰππεῖσι in Romanâ historiâ, respondit,
sur non rbedas potius aut cisa assignaverit militibus, quàm equos,
ut sic commodius sequi possent cruciarium? Certè, inquit, non ea
mollities Romani militis fuit, ut, quod iter sub grandi cruce emeti-
ri cogeretur miser crucifigendus, non posset ipse, armis tantùm o-
mibus, facile conficere. Non parum etiam fallunt, qui nomen

Epist. 2. de
susc. p. 446.

ej

ejus militis exprimere satagunt. Longinum ex suppositio Ni-
 codemi Evangelio . & Manuali , quod falsò tribuitur Augusti-
 no , communiter appellant Pontificii. Quod nomen, judicio
 Forsteri, Gerhardi & Ludovici de Dieu, ex Græco λόγχη ex-
 sculpsit insulsus Monachus, eoq; clarum in Romanâ Ecclesiâ
 fecit militem. Fatetur ex Pontificiis Gregorius Wicelius
 serm. ultimo quadragesimali, & Salmero. Nec dubitabit fa-
 cilè aliquis de eo, si Cimmericas istorum temporum tenebras,
 & artium sepulturam, ex historia Ecclesiastica, repetat. Pro-
 inde ne Baronio quidem id nominis in hoc milite arrisit, quan-
 do potius Longinum dictum vult ipsum illum Centurionem,
 qui Matth. 27. 54. Christum Dei Filium esse agnovit, & redar-
 guit eos, qui ex Apocryphis quibusdam scriptis, & mendacio-
 rum consarcinatoribus, Petro Comestore, & Petro de Nata-
 libus tradiderunt, Longinum nomine, cœcum, sanguine Chri-
 sti sanatum & conversum, militem illum fuisse, qui lanceâ la-
 tus Domini aperuit. Istud enim miraculum neq; priscis Patri-
 bus memoratum, & per se adeò futile est, ac putidum, ut non
 magis Evangelicis rebus quadret, quàm stercora aroma-
 tibus.

*Medit. in pass.
 Dom. Harv.
 pass. c. 18. p.
 874. in Ani-
 madvers. ad
 hist. Pers.
 Xav. p. 6. 26.
 tom. 12. trad.
 48.*

§. 10. Aliud istius militis nomen producit novus ille Mo-
 golensium Evangelista, Xavierius, quum vocat ԾՊՆԻ Inagi-
 sum vel Ignatium. De quo quidem suspicatur Ludov. de Dieu,
 quod corruptum sit ex ԾՊՆԻ Longus, seu Longinus: non
 tamen contra MSum pronunciare audeat. Docet potius Giim
 Arabum sonare idem, quod ti Latinorum, sequente vocali. Ac
 fortasse oportunum maximè Xavierio visum fuit, præclarum
 hunc militem, tanto miraculo decoratum, ipsius Jesu sanguine
 à cœcitate liberatum, & è milite præcipuum fidei Antistitem
 factum, Jesuiticæ sectæ auctori ac Patrono, Ignatio Lojola, o-
 lim etiam militi, cognominem facere, ut vel inde sectæ Igna-
 tianæ decor aliquis & splendor accederet.

*Hist. Christ.
 Pers. p. 489.
 Ad marg.
 istius pag.*

§. 11. Nullatenus verò à crimine occisi Messiae, per scelus
 militum absolvuntur Judæi: quia, ut loquitur B. Gerhardus,
 quicquid Romani milites hæc in parte fecerunt, id omne Judæorū
 impulsit, & exhortatione fecerunt. Ideò non tam Romanis mi-

B a. lici-



litibus, quàm Judæis perfossio Christi tribuenda est. Quem-
admodum etiam crucifixio per milites Romanos facta est; in-
terim tamen verè illis à Petro objicitur, quod Christum affigen-
tes cruci eum interemerint Act. 2. 23. quodq; ipsimet auctorem
vitæ interfecerint Act. 3. 15. Idq; ad exemplum Uriæ, quem hostes
in prælio prostraverant, & nihilominus tamen à Davide occi-
sus dicitur 2. Sam. 12. 9.

§. 12. Adhibuerunt autem milites pro instrumentis, qui-
bus vulnera percuterent, clavos ferreos acutos, non obtusos,
ut aliqui, quos inter Anselmus est dialogo de pass. Dom. pro
exacerbandis Christi doloribus, conjiciunt: erant enim isti ne-
gotio non accommodi. Horum quatuor numerant ex Reve-
lat. Brigittæ & Gregorio Turonensi, Salmasius, Dilherrus,
alii. Trium verò tantum meminit inter Græcos Christiano-
rum Poetas præcipuus, Nonnus, *πόδας ὁμοπαλείας*, sibi
mutuò impositos, & uno ictu trajectos dicens. Totidem eti-
am Nazianzenus, in Tragœdia, Christus patiens, & Hulse-
mannus recenset, ac Jesu, ut se vocant, sociorum insignia o-
stendunt. Sed & non plures monstrant ferè omnes, in tem-
plis, & pictæ, & sculptæ statuæ, Christi crucifixi imaginem si-
stentes oculis. Ac præcipuè sceleratis militibus commodus
hic numerus erat, quò conjunctione istâ, & compressione pe-
dum eò magis exquisitos dolores facerent Christo. Interim si
à quodam curiosè religioso extracti & asservati, vel etiam ab
Helenâ inventi fuissent cum ipsâ cruce, liberiùs pronuncian-
dum nunc foret de numeri istorum certitudine. Referunt e-
quidem Ruffinus, Theodoretus & Ambrosius, inventos cum
cruce clavos Helenam galeæ & freno equi filii sui, Constantini,
impendisse, quò à telis hostium tutus esset, idq; per Zachari-
am c. 14. 20. prophetico spiritu prænunciatum esse. Verunta-
men de inventâ Christi cruce, & miraculo, circa istam factò,
quod dicitur, fabulis accensetur merito à Dorscheo, & literati
orbis Phœbo, Salmasio, tum ob trium seculorum, quibus latu-
erat, decursum: tum ob crucium copiam, quando, accedenti-
bus subinde novis, locus suppliciorum iis adimpleretur, ut à
se invicem, præ multitudinem, dignosci non possent.

§. 12. Cœ-

*De glor.
mart. c. 6. e-
pist. de Cruc.
p. 334. in sche-
mate vera
crucis figura,
premissio li-
bro, Raar-
woche.
In pentag.
Christ. p. 287.*

*Lib. 1. hist.
Eccl. c. 8.
lib. 1. hist.
Eccl. c. 18. in
orat. de obitu
Theodos.
de tun. inconf.
c. 2. §. 119. E-
pist. de cruc.
p. 269. 368.
405.*

§ 13. Cœterùm in vulnerando latere lancea, seu hasta, ipsi infervit. Johannes c. 19 λόγχην, Syrus נִיָּזִיךְ, Arabs cum Nonno Πόλις, μάχαιραν, sive gladium, vocat. Moti hoc vocabulo Heinſiq in Aristarcho, & Bartholinus, de Lat. Christi aperto, non lanceâ, sed gladio Hispaniensi, eoq; breviori vulnus inflictum dixerunt: cùm tamen Nonno ea res nunquã venerit in mentẽ. Ita enim is: Ἀλλὰ θορῶν ἀνίχητος ἀνεμάδει λόγχη

πλευρὴν πᾶσι μέλυσαν ἀφειδέϊ νόξε μαχαίρη.

Ubi expressè de λόγχη, seu lancea, sermo ipsi est. Sed quùm lancea ex hastili & mucrone constaret, ipsiusque mucronis duo essent genera, oblongum alterum, quod ὀβελλίσκον nuncupabant, & latum alterum, quod μάχαιραν appellabant, & in venabulis ac Pertuzanis usurpabant; de tota lancea loquitur, quando militem accurrentem introducit, de ferro verò tantum, quando latus apertum memorat. Ita ergò frustra admiratur Heinſius, quomodo, quod λόγχη, idem quoque μαχαίρα factum dici possit. Fabulis verò accensendum est, quòd de lancea hac à Bajazete, Turcarum Imperatore, qui, direptis à se Hierosolymis, eam acceperit, ad innocentium VIII. propter transactionem Melitensium Equitum, & loco inconfutilis tunicæ missâ, inq; magnifico S. Petri templo, in Vaticano, asservatâ memoriæ proditum legitur. Etiam si Marcus Vigerius, Episcopus Prænestinus, & Cardinalis Senogalliensis, prolixè id in tractatibus, de præstantia & dignitate lanceæ Longini, astruendum iverit.

§ 14. His modo dictis instrumentis vulneraverunt manus, pedes & sanctissimum latus milites. Neq; enim solliciti sumus de reliquis vulneribus, quæ fecerant flagella, nonnunquam ex solis loris constantia, interdum etiam aciculos, uncinulos & aculeos ferreos innexos habentia, quæq; ad costas usq; penetrarunt, carne hinc inde disruptâ, dicentibus Brigittâ in Revel. & Xavierio in historiâ Evangelicâ, fide minùs dignis: aut de eis, quæ spinea corona punxerat, nobis nunc sermo est. Tantum de quinque istis majoribus loquimur. Ac duo quidem, transacto per plantas pedum, clavo facta sunt: duobus verò manus, callo haud quaquam obductæ, ruptæ fuerunt. In

De pas. Christi
homil. 41.
de pas.

manibus verò ipse metacarpus, seu vola, non carpus, clavis fuit trajectus, qui in cryptis Romanis, à Jani Nicu Erythraei fratre productis, ostenditur. $\chi\epsilon\iota\rho\epsilon\varsigma$, seu --- , ex prædictione Palmi 22. 17. vulneratæ in historiâ Thomæ proferuntur, non --- , carpus, aut ulterior quædam pars brachii. Idque tantâ cum crudelitate factum esse Bonaventura & Landspergius narrant, ut terebrâ prius perforarint manus & pedes, ut clavo faciliorem facerent viam: quo facto, 36. ictibus clavum lignum eis impresserint, quæ tamen Auctoribus his defendenda committimus.

§. 15. Postremum vulnus lateri datum fuit: utri autem, dextro, an sinistro, in sacris non definitur. Plura etiam in Epitaphio Longini, quod propè Lugdunum, in fano S. Mariæ, habetur, non leguntur: *Qui Salvatoris latus in cruce cuspe fixit, Longinus hic jacet.* Considerans id Germaniæ Apelles, Cranachius, cum in Cœnobio AUGUSTI anteriori depictæ effigiei Christi non appinisset vulnus lateris, & interrogaretur, cur id omisset, respondit: *Sibi à nemine Theologorum, ex Scripturâ, locum istius demonstratum esse.* Nam omnino Evangelistæ huc nihil contulerunt, præter voculam $\pi\lambda\epsilon\upsilon\rho\epsilon\varsigma$, quæ de utraq; lateris parte, tum munitâ costis, tum vacuâ sumi consuevit. Non tamen propterea Veterum, qui sinistram latus elegerunt, accedimus sententiæ; quum videatur niti falsâ hypothese, ac si cor in sinistrâ lateris parte recumbat, quod tamen medium thoracis locum obtinet, cuiuspe ejus non nihil ad sinistram latus propendente. Potius pro dextro latere, si rem obscuram & incertam conjecturis indagare liceret, dicendum foret. Istud enim penetrasse hastam, docent Bernhardus, & ex eo complures alii & Theologi, & Medici. Verba illius sunt: *Dominus meus Jesus post cæteram inestimabilis sua erga me beneficia pietatis, etiam dextram sibi, propter me, passus est latus fodi: quod videlicet non nisi dextera mihi propinare vellet: non nisi in dexterâ parare locum refugii. Utinam ego talis merear esse columba, quæ in formine petra habitat, & in formine lateris dextri.* Retinuit eandem sententiam, in historiâ Christi Persicâ, à Ludovico de Digu editâ, Hieronymus Xavier, part. 3. ubi --- , dextrum latus

Serm. 7. in
Ps. 91.

tus lanceâ verberatum dicit: quod optimè elegantissima suâ Musâ assecutus est Caspar Barlaeus, in orat. quâdam, quâ Christum alloquitur:

Dextra tibi perfossa riget: mea sola scelestâ est

Nec sentit pœnam noxia dextra suam.

Favet quoque Arabicus Interpres, inqviens *כחרתו פי ננכהו אלימי*, perforavit eum, scilicet miles, lanceâ suâ in latere ejus dextro. Nec abnuit lateris absolutè positi pro parte nobiliori denotatio, ut & antiquus ac communis pingendi mos, quo dextro lateri tribuitur vulnus, infirmo tamen argumento, quum licentia pictorum ultra verum sæpius divagetur. Addi insuper his possunt typi Levit. 2. 11. ubi agnus ad latus aræ versus septentrionè, quod erat dextrum, mactandus præcipitur. Quod Helychius & Procopius explicant de agno tradito pro peccatis mundi Joh. 1. 29. & in latere dextro vulnerato. Et Ezech. 47. 1. 2. ubi aqua ex dextro templi latere fluxisse scribitur. Templum hoc esse Christum, ad cujus formam extruenda fuerit Ecclesia N. T. & ex quo fluxit aqua, Gregorius & Hieronymus commentantur. Admisit verò ictum hastæ latus in superiore parte, non in inferiore abdominis loco, ut D. Vincentius Ferrerius, à Calisto III. Papâ, in numerum Sanctorum receptus, præ metu, ne, contracta fuisset Christo ossa & costas, sit statuendum opinatus est. Sed tamen non transmisit totam hastam, ita ut alterum quoq; latus penetraret, quod Cornelio à Lapide placuisse observatum est. Huic Hieronymus Bardi, Insubrensis Theologus, sanctissimam sindonem, Taurini asservatam, in quâ unius tantum vulneris vestigium observari liceat, opponit, fabulam fabellâ explodens. Verius autem meditationis istius origo ex Brigittæ Revelationibus, fide destitutis, & Prudentii, Poetæ Christiani, aliorumque hyperbolicis locutionibus repetitur. Ita enim hic:

Trajectus per utrumq; latus, laticem atq; cruorem

Christus agit, sanguis victoria, lympba lavacrum est.

§. 16. Quâ fini tandem tam miserandum in modum affligerint Christum, restat adducendum. Quemadmodum au-

scm

rem totus Diaboli animus in eo erat, ut perderet genus humanum omne: ita felicius id præstari haud posse existimavit, quàm si restauratorem ejus, ac vindicem, tolleret è medio. Eo nomine ad peccata ipsum proritare non erubescerat Matth. 4. Maximè a. Judæos, consilii sui executores, adjungebat sibi: quorum & ipsorum intererat, videre in cruce expansum, cujus interitum toties repetito Crucifige, Crucifige, tolle, tolle eum, desideraverant. Explebatur quoque tandem animus ipsorum, sanguinis cupidus, quum mortem oppetiisset sanctissimus. De veritate hujus periculum facturum sceleratissimus miles, fractis jam coeterorum cruribus, divino lateri hastam impingit, & vulnus facit. Parnegat Bartholinus, hunc finem militi propositum fuisse, contra omnium ferè Interpp. confessionem. Quod si enim ideò factum esset, potius in pleuræ membranâ, ubi sensus longè acutissimus, figendam fuisse hastam existimat. Sed tam subtili esse vix licuit militi, artium imperito. Potius arcem vitæ, cor humanum, invadendam duxit, ex quo percusso certissimum eluceret signum, simulata, an vera esset mors Christi. Falsum v. est, quod milites hi, & ipse Pilatus, tum de morte Christi certiores facti fuerint, ut porrò ait. Refert Marcus c. 15. 44. Pilatum, rogante Josepho, emortuum Christicorpus, in admirationem tam subiti obitus raptum fuisse: id quod Johannes c. 19. 28. multo spatio post factâ confossionem accidisse narrat. Centurio quidem cum reliquâ, adhuc præsentem, turbâ animam exhalâsse, Christum coram viderat: ast de militibus idem non dicitur. Patet multò magis contrarium inde, quod à Pilato, religiosâ Judæorum petitione victo, mittuntur extus, ad locum supplicii, ut crura crucifixis suffringerent. Imò, cum ad Christum pervenirent milites, & videretur ipsis, (non, scirent jamdum) quod fati concesserit, latus lanceâ foderunt, Evangelista inquit. Quo circa verba *ῥύσσεν* & *ἐκκενῆεν*, quæ pro sua sententia adversum sentiens urget, non tam petulantem militum actum, quàm penetrans, ad cor usque, vulnus indicant, uti supra fuit adductum. Addenda tamen omninò est militis petulantia, & diabolicus furor, qui nec mortuo corpori parcere sustinebat. Vidit
iskum

istum Deus, rerum à longè futurarum exactè gnarus, diu ante, & Ecclesiam V. T. per Zachariam de eo edocuit c. 12. 10. Atq; hos fines exponunt Gerhardus, Hunnius, Balduinus, Paulus Tarnovius, Forsterus, Himmelius, Hulsemannus, in Pentagono Christiano, & alii, in hanc rem commentati.

§. 17. Deus interim sapientissimo suo consilio, & misericordi voluntate, contrario effectu, omnium hominum salutem inde procuravit. Ac dubitandum haudquaquam est, quin istud quoque vulnus, quod fatis jamdum functo Christo infligebatur, virtute merendi, & salvandi abundet, quâ tamen à Bartholino privatur pessimè, præeuntibus ipsi Alphonso Tostato, Salmerone, Barradio & Fausto Socino. Illicet enim soluta fuerit unio corporis & animæ naturalis: duravit tamen adhuc personalis illa ἀδιάλυτος, ἀδιάρητος ἀχώριστος, ne ἰσχυραῖς quidem ἐπινοίαις separabilis & ἀδιάσπαστος ἔνωσις, ac divinitas imprægnavit & fœcundavit, ut alios dolores & vulnera, hoc quoq; vulnus, ut beatitudinis largiretur hominibus semina. Nulla ergo est conseq. ait Hulsemannus: Gleich wie der Mensch / wenn er todt ist / nichts verdienen kan: Also hat auch Christus in seinem Todte nichts verdienet. Non unio naturalis animæ & corporis, sed personalis affert meritum passionibus Christi, Rom. 8. 3. Gal. 4. 4. Quocirca livore ac vulneribus ipsius, nullo excluso, salvati dicimur ab Elaia c. 53. 11. & Petro 1. ep. 2. 25. Mortuum Christi corpus inquit Hippolit9, profundit sanguinem & aquam, ut sciamus, quantum possit diva- mus, quæ in illo corpore habitat, quod etiam mortuum nobis possit profundere ea, quæ sunt causa vitæ. De cœtero, quam bona plurima, & mortalium cogitatis & dictis vix assequenda, ex vulneribus Christi, nobis paraverit Deus, quamq; verorum thesaurorum, in cœlis, sint sacrosancta receptacula, loquuntur abunde Sanctorum Patrum & Doctorum Ecclesiæ sententiæ, in vulgus quoq; notæ, ac ob brevitatis studium non adscribenda. Ostendit potiora B. Balduini, brevitate se commendans, carmen:

Quinq; suis in me jaculis crudeliter hostes.
Tenellâ ab usq; seviunt pueritiâ.

C

Dira

Quest. 352.
Super Gen 6.
13. tom. 10.
tract. 48. fol.
394.
Tom. 4. conc.
l. 7. c. 22. num.
15. lib. de Ser-
vat. part. 2.
c. 2.
in Pentag. p.
392.

Diva lues scelerum: lethi vis: Dæmon & Orcus:

Et perpetim gehenna flagrans ignibus.

Quos ut ego reprimam, & securus ab hoste recedam,

Quintuplicis scuto latebo vulneris.

Gram. Chald.

p. 33. & Com.

prior. ad voc.

Ebr. N. T. p.

74.

Lex. Syr. p.

148. Reliq.

Syr. Proleg.

ad Bibl. Poly.

glottæ de vers.

Syr.

Harm.

Pass p. 607.

in Job. c. 19.

p. 3053.

in notis ad

Matth. 27.

in Epist. de

cruc. p. 271.

Harm. pass. c.

11. p. 548.

Com. in Job.

p. 3044.

§. 18. Dicitur succedit nunc locus, ubi fatalia Christo data fuerunt vulnera. Appellatur is Calvaria, κρηνὶς ἵστος, ab Arabæ *كَلْبَر* voce cranium denotante, & à Syro *כַּלְבַּר* quod Græci *κολυμβή* & *κολυμβή* vocant, ac ex Ebræo *כַּלְבַּר* naves suos repetit, omittente, interim prius à Syro, de quo accuratè Drusius & Cornelius Bertramus; nec non Trostius, Fabricius & Waltonus. Accepit verò id nominis, juxtà nonnullos, ob rotunditatem suam, quâ ad cranium accedebat proximè: potiùs tamen à relictis ibi morte multatorum craniis, quia locus supplicii publicus erat, ut Gerhardus, Paulus Tarnovius, Osiander, Strigelius & Salmasius censent. Suaves interim sunt Patrum de sepulto hîc Adamî cranio meditationes, ac eâ dignæ fide, quâ ista; quibus cruci Christi materiam præbuisse arborem vetitam, ex quâ Protoplasti comederant, in paradiso, perhibent. Judæi sanè locum sepulturæ primi hominis tanto ignominia genere affici haud passi fuissent, si tale quid de eo ipsis constitisset.

§. 19. Postremò omnium æstu meridiei maximo vulneratus in cruce Christus fuit, ut, prævidens id exactè, haud vanè conquestus sit, se ut testam exaruisse Ps. 22. 16. Exprimunt Johannes c. 19. 14. & Lucas c. 23. 44. horam ferè sextam, & Marc. c. 15. 25. horam tertiam, utramq; diei divisionem, Judæis receptam, servantes, & eorum prioribus de horis singulatim, posteriori verò de initio secundi quadrantis, quem ab hora tertia ordiebantur, loquente, ut perspicuè ostenderunt Gerhardus & Paulus Tarnovius, à corruptione Evangelistarum scripta vindicantes. Quo verò præcisè tempore Redemptor nostris omnium, postquam integerrimam jamdum exhalasset animam, vulnus lateris acceperit, Sacri Scriptores non definiunt. Interim, quum elapso tertio quadrante terminum vitæ suæ clausisset, dicente Marco c. 15. 34. 37. &, inclinante die, terræ mandatus à Josepho solenniter fuerit; circa finem ultimi quadrantis,

tsi,

tis, horis præter propter à morte duabus, id accidisse colligi potest de facili. Nam hæc duobus, ut medium, atrox & nefandum militis facinus interponit Johannes, probrosissima, sed nobis fructuosæ mortis spectator.

§. 20. Falsi ergò sunt Salmero & Toletus, qui Christo, adhuc viventi, latus apertum volunt. Est clarissimæ literæ contrarium. Hinc Clemens V. Pont. Rom. Viennæ concilium convocavit, ex 300. Episcopis, & authenticam Johannis confirmavit. Refert Binius Tom. 3. Concil. part. 2. fol. 782. cap. un. de summâ Trinitate, & fide Catholicâ in Clementinis decisum: *Nos Apostolicæ considerationis (ad quam duntaxat hæc declarare pertinet) sacro approbante Concilio, declaramus, prædictum Apostolum & Evangelistam Johannem rectum in præmissis factæ rei ordinem tenuisse, narrando, quod Christo, jam mortuo, unus militum lanceâ latus aperuit.*

Annot. 20. in
19. cap. Joh.

CAPUT II.

Quæstiones nonnullas exhibens.

I. *An Ecclesia V. T. notitiam Christi vulnerum habuerit?*

§. 1. **P**er vulnera non generatim passionem; sed speciatim ipsa quoque, quæ accepit, vulnera indigito. Et istam, & hæc scivit, cum non alia in V. T. ad salutem perveniendi via fuerit, atq; in N. T. obtinet, pronunciante Synodo Apostolicâ Act. 15. 11. & per ea salus pateat, teste Esaiâ & Petro. Gradus tamen claritudinis, qualis inter typum, & rem, typo expressam, præsentem, inter vaticinia, & eorum complementum intercedit, attendendi veniunt quam maximè. Ipse etiam cultus sacrificiorum quid erat aliud, quam insignes, de passione Messie cruentâ & vulnerib9, conciones? unde non dubitavit S. Pater, ex ritu assandi agnum paschalé, ipsissimû Christi crucifixionis processum, & vulnera inde accepta, monstrare, quum sic disserit: *Τὸ γὰρ ὁπωμένον περιβάλλον, σχηματιζόμενον ὁμοίως τῷ σχήματι τῆς σταυρῆ ὀπταῖαι. εἰς γὰρ ὄρθι. & ὀβελίσκῳ διαπερνᾶται ἀπὸ τῶν κατωτάτω μερῶν μέχρι τῆς κεφαλῆς, καὶ εἰς πύλιν κατὰ τὸ μετὰ φρενον, ὡπερ σταυρῶνται καὶ αἱ χεῖρες τῆς περιβάτης.*

C 2

§. 2. Alii



Serm. 1. in natal. Dom. p. 57.
lib. 12. de C. D.
c. 17.
Comm. in Gen. 3. p. 285.
Comm. in Gen. part. 2. pass. typ.
Comm. MSC. ad d. 1. Gen.

lib. 15. de C. D.
in Soliloq. p. 10.
5

Comm. in Zach. 13.

Comm. in Cant. 2. p. 504
Serm. 6. sup. Cant. p. 748.
Spicil. quest. Ebraeo. Syr. quest. 1.

§. 2. Alii veterum etiam ex primævo integritatis statu typos huc conquiverunt. Primum constituerunt in Paradisi fluvio, qui in quatuor se diffudit flumina Gen. 2. 9. *Ita enim Christus Paradisus est, quem vocat Bernhardus, & ex eo quinque salutare promanant fontes, dum clavis transfiguntur manus, lancea transverberatur latus, & pedes fodiuntur ferro, quibus omnis anima fidelis irrigatur, ut crescat aliquando in cœlestem paradysum transplantanda.* Alterum posuerunt in Adami à Deo, per somnum, aperto latere, Gen. 2. 21. Augustinus, Isidorus, Gerhardus & Balduinus, quod vulnere lateris respondisse tradiderunt. Cæterum comparationes hæ tantum sunt, à posteriori institutæ, non typi propriè ab ipso Sp. S. in istis rebus fixi. *Nulla enim tunc, ut loquitur Magn. Dn. D. Calovius, mors, nedum mors Redemptoris satisfactoria locum habere, aut præfigurari debuit.*

§. 3. Commodior ergò typus est janua arcæ Noæ, Gen. 6. 16. quem explicat Augustinus: *Quod arca Noæ, ait, ostium in latere accepit, illud profectò vulnus est, quando latus crucifixi lancea perforatum est.* Et Bernhardus, quando sacrosanctum lateris ejus vulnus ostium arcæ, quod factum est in latere, dicit. Verior quoque est, qui in mactato agno palchali Exod. 12. proponitur, & ad Christum applicatur ab ipso Apostolo, erroris nescio, 1. Cor. 5. 7. Huc deflectunt etiam fontem patentem, ad latus apertum respicientes, Zach. 13. 1. Vatablus & Robertus, notati à Christophoro Castro. Rectius tamen de sacro baptismatis fonte explicatur.

§. 4. Luculentius autem tota res declarata fuit eorundem haud obscurâ mentione. Facta hæc in genere fuit à Deo Gen. 3. 15. וְאֵתָהּ תִּשׁוּעַנוּ עֵקֶב; & Esaiâ cap. 53. & Salomone, Cant. 2. 13. Nam sic foramina Petræ de vulneribus Christi interpretantur Gregorius, Isidorus Hispalensis, Bernhardus. In specie verò recensita sunt à Christo Ps. 22. 17. כְּאֵין יְרֵי וְרַגְרֵל, ubi vox כְּאֵין, non foedationem, sed perfossionem, à כָּוַר, ad Arabismi genii hîc formato, infert propriè, quod præclare ostendit Reverendiss. D. Wellerus, & manuum ac pedum vulnera designat. Quintum demum vulnus, quod latus perfossit, Zacharias habet

bet cap. 12. 10. interpretante sic Johanne c. 19. 37. Apoc. i. 7. In quo loco malè καὶ ὡς χησαντο ἰϋϋϋ, cum LXX. Interpp. legunt Salmero, & Bartholinus, indubiæ Evangelistæ versionis immemores.

§. 5. Sed fallit egregiè Xavierius, quando conjunctim ac definitè quinq; vulnerum, quæ aliàs homileticè nonnulli illinc illustrent, mentionem injici à Zachariâ, c. 13. 6. contendit: quùm nec de numero, nec de Christi vulneribus agat Prophe- ta. Nam מִבֵּין יְדַי זָלַח הַמָּוֶה pœnam falsorū Docto- rum exponunt, ut Osiander, Quistorpius & Tarnovius ad hunc locum advertunt. Accipit hæc explicatio insignem lucem ex vero voculæ בֵּין sensu, si cum LXX. reddatur, ἀνά μέσσην τῶν χειρῶν, & de medio scapularum cum Theodoro, vel de eo, quicquid est inter manus, cum Montano sumatur: ita ut vulnera non in manibus ipsis, sed in loco dicto ponantur. Illic enim vulnerabantur ad flagella à Judæis, ob falsas doctrinas, damnati, prout totum processum exhibet Mischna, cujus ver- ba chartæ parcior non addo: Legi possunt citata à Bux- torffio.

*Hist. Chr.
Pers. part. 3.
p. 489.*

*Lib. מוֹבָר
cap. 3. Pref.
adl. de Ab-
brev. Ebr.*

II. An Christus vulnera retinuerit?

§. 1. Punctum durationis extendi potest vel ad tempus, quod vocant, ὁμολογίας vel plenariæ ἀπονεμασίας. Si ad prius, testatur Evangelica, quòd eadem tunc monstrârit Luc. 24. 39. & acta cum Thomâ probant Joh. 20. 27.

§. 2. Quod si vero ad posterius quoq; trahatur, non habemus tam clarè istud definitentem Scripturam, ac ob id Dd. dis- sensum. Sic enim ex recentioribus D. Gesnerus, D. Hunnius, D. Forsterus, & alii, negant: Patrum vero maxima pars, & cum his B. Gerhardus, affirmant: quibus suffragari & nobis placet.

*Lib. de pers.
Chr. c. 15. p.
289. de pers.
Chr. p. 107.
homil. super
Dom. Qua-
sim. p. 201.*

§. 3. Distingv. tamen est inter id, quod est de fide, & credi- tu ad salutem prorsus necessarium: ac, quod est circa fidem, & citra dispendium salutis, & affirmari, & negari potest. Non proponimus hoc dogma sub credendi necessitate, sed ut pium, devotionis ac consolationis plenissimum. Ideoq; causa & fi-

202.

nis retentorum vulnerum pensitandus justè est. Non enim retinuit ea ex impotentia quadam sanandi, aut necessitate coactus inevitabili, nec ut navos, & quæ glorioso corpori dedecus afferrent, & dolores facerent: sed ex libera voluntate, & economia & dispensatione.

§. 4. Et in ascensione quidem retinuit ea, ut angelis & cœlitibus reliquis hostium debellatorem & victorem sese demonstraret. Quemadmodum enim miles non exiguæ laudi sibi esse existimat, si ostendat pro salute patriæ acceptas cicatrices: ita & Christo gloriosum fuit, vulnera post triumphum, à peccato, morte & Satanâ reportatum, ostentare, quæ B. Augustini est sententia. In statu gloriæ porrò ea retinuit ad electorum majorem lætitiâ & consolationem. *Rutilantia vulnera*, inquit Gerhardus, *sunt Biblia practica, de certitudine salutis nostræ testificancia: Ex illis enim intelligimus, nos in manibus*

De Bapt. Christi. in c. 9. Epist. ad Ebr. serm. 1. de resurr.

Lib. 2. de Symb. ad Cærech. c. 8. Tom. 3. homil. 1. de cruce & latrone.

Christi descriptos esse Es. 49. 16. Atq; sic fenterunt quoque Ambrosius, super Lucam, Cyprianus & Anselmus. Addit Leo M. ut agnoscat in Christo proprietatem humanæ naturæ permanere: Beda, ut vulnerum intuitus sit ὀπυνησιον, & incitamentum electis, ad grates & laudes Christo Redemptori, in vita æterna, eo ardentiore & impensiori studio decantandas: Et Cyrillus Alexandrinus, ut sint signa fidelitatis & constantiæ Christi, in officio, usque ad vulnera & mortem, administrato. In ultimo tandem judicio ea ostendet impiis, ut signa terroris, & quod ipsi causa interitus sua obstinatione sibi extent, quemadmodum Augustinus, Chrysostomus & Hippolytus Cæsariensis tradiderunt. Cyprianus, serm. de ascens. quid mirum, ait, est, si crucem portans adveniet, quando & corporis vulnera ipsa demonstrat.

§. 5. Cæterum sententiam nostram adjuvat & Scriptura, & ratio. Scripturæ de hac re effatum est Zach. 12. 10. וְהָיָה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וְהָיָה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ Non conquiram hic operosè Interpp. diversimoda placita. Adeundi ea in re sunt Christophorus à Castro, D. Osiander, Johannes Tarnovius in Johann. Ribera, Qvistorpius, Himmelius & alii, in Prophetam commentati. Interim non possum non, quin Calvinii, spiritualem quandam confos-

confessionem Dei, quæ peccatis fit, hinc fingentis, *ψευδέων*
νείων rejiciam verbis Judæi cujusdam, ראכע, qui comment. ad
h. l. ait: וְשִׁפְרוּ אֶשְׁפּוֹךְ רוּחַ חַי וְחַיִּים עַל יוֹשְׁבֵי
יְרוּשָׁלַיִם עַל-בְּזוּלַת עֲבִיר עַל-הֵם בְּתוֹלַה צְדִיקוֹתָיו
מִשִּׁיחַ בְּיוֹסֵף יִהְיֶה אֵן יִכְעַס הַשָּׁמַיִם וְיִשְׁמֵד אֶת כָּל הַיּוֹנִים
הַבָּאִים עַל יְרוּשָׁלַיִם וְיָרוּ וְהָבִיטוּ אֱלֹהֵינוּ אֲנִי וְכָל
הַנְּשִׁימָה אֱלֹהֵי לְרֵאוֹת מִה אַעֲשֶׂה לְאֱלֹהֵי אֲשֶׁר
Dicam igitur tantum, quod ipsi li-
teræ congruit, & Apostolicæ allegationi concordat. Ac
primò quidem verba sunt intelligenda de non alio, quàm cor-
porali aspectu, eoque diversis temporibus, tum passionis,
tum judicii extremi, futuro, interprete Johanne cap. 19. 37.
& Apoc. 1. 7. Propheta enim gratissimam de effusione
Spirit. S. Pentecostali promissionem præfatus, de passione,
quam tradiderat etiam præcedenti capite, intermiscet aliquid,
eo quidem proposito, ut ordinem inter illa ostendat, ac effusi-
onem post passionem futuram significet. Ut verba sic fluant:
Effundam super domum David Spiritum gratiæ & consolati-
onum, וְהָבִיטוּ אֱלֹהֵי אֲרָץ אֲשֶׁר דָּקְרוּ, postquam respexe-
runt ad me, quem transfixerunt. Ordinativa certè, observante
Hortingero, est particula Vau, ex usu Scripturæ, & potissimum
Jof. 7. 25. וַיִּשְׂאֲרוּ בָאֵשׁ וַיִּסְקְלוּ אֹתָם Et combusserunt eos
igne, postquam lapidassent, id quod ante jamdum dictum
erat. Unde & prudenter Chaldaus: בְּתַר דְּרָגִימוֹ יִתְהוּז׃
& Lutherus: Und da sie ihn gesteiniget hatten/ reddide-
runt. Si nunc posteriora in contextu addantur, in quibus
Sp. S. indulget consequenti passionis Christi prolixius recitan-
do, quàm rectissimè juxta ac verissimè Christo, in cruce vul-
nerato, conveniant, apparebit ultrò. Interim planctus &
luctus iste non de tali capiendus est, qualis ad verba Prophetæ
instituendus erat: sed de maximo & acerbissimo. Demon-
strant hoc similitudines de luctu super unigenito, primogeni-
to, & comparatio à dolore, super Josiæ morte concepto,
sumpta ex 2. Paral. 35. 23. Cui cum non absimilem futurum di-
cat eum, quo Christus crucifixus prosequendus erat, usurpat
etiam phrasen, eo tempore de solenni Josiæ luctu adhiberi con-
seu-

svetas ubi inter alia ex ritu Judæis peculiariter proprio, can-
torum & cantri cum fit mentio, quæ hoc in loco per uxores in-
digitantur. Sed nec ambigendum est, ex singulis tribus re-
ligiosos quosdam ægrè admodum affectos fuisse ex ignomini-
osâ & innocenti morte Christi. Centurionis meminit Matth.
c. 27 54. mulierum Marcus c. 15. 40. & turbæ percutientis pe-
ctora Lucas c. 23. 48.

§. 5. Dubium igitur nullum, quod de conspiciendo, tem-
pore passionis, in cruce vulnerato Jesu vaticinetur Propheta.
Quod verò idem futurum dicat tempore novissimi judicii,
non obscure prodit Johannes Apoc. 1. 7. Non me fugit quidem
quod excipiant, Christum à Johanne dici apparituum in sub-
stantia, non verò certa substantiæ, quæ vulnera, conditione.
Sed allegatio sic foret minùs recta, neglecto Prophetæ scopo,
qui eò tendit, ut tam substantiæ, quam modi determinatio
significetur. Deinde apertius paulò dicitur Apoc. 5. 6. quod
Servator in forma agni *ἑσφαγμένον* visus fuerit. Accedit,
quod eadem vulnera nequicquam obsint majestati Christi, aut
corporis sui glorioso statui, quia certo de fine, & *ἐκστίας* re-
tenta. Unde Augustinus eleganti utitur simili ab homine,
qui digitis, pretiosissimis annulis ornatis, superinduit chiro-
thecas non usque adeò integras, & foraminibus distinctas,
per quæ splendidus auri & gemmarum fulgor transluceat: ut
& ab eo, qui veste auro intertextâ, & gemmis distinctâ, indutus
est, & tectus pallio, visum per foramina transmittenti. Tan-
dem, nec ob suavissimas quidem consolationes, & piissimas
meditationes alias, quæ ex hoc puncto largiter se diffundunt,
diversum de Christi vulneribus, in cœlo retentis, statuendum
foret, ex hoc loco, quum eadem ratio aliis Scripturæ dictis,
quale est Elaianum, ubi convenientissimæ suggeri possent in-
terpretationes aliæ, consolatione quoq; turgidam fœneretur
explicationem.

§. 7. Adjungi allatis hisce possunt, quod Rom. 8. 4. Christus
pro nobis intercedere dicitur, ostendendo videlicet Patri suo
accepta pro nobis vulnera, ut Patres exposuerunt. Et quod
Angeli aspicientibus Jesum ascendentem, viris dicunt Act. 1. 11,
redi-

rediturum videlicet eum, ὃν ἰερὸν ἐθεάσαντο αὐτὸν πορευόμε-
νον εἰς τὸν οὐρανόν Ubi non tam substantiæ veritas, quam modi
identitas significatur.

§. 8. Ratio tandem asserti nostri est, quoniam Christo
quoad glorificationem corporis, post ascensum in cœlos, nihil
est superadditum. Sequeretur enim alias, quod in resurre-
ctione suâ non plenè fuerit glorificatus, quod ἀτοπὸν. Cum
itaque tunc perfectè glorificato corpori Christi non officerent
stigmata illa retenta: ideoq; nec in statu post ascensionem obe-
runt quicquam, quia eadem ubiq; glorificati corporis est ra-
tio, ac causa proinde nulla, quæ, ut negemus propositum quæ-
situm nos premat & instiget.

Unde profluxerit sanguis & aqua?

§. 1. De fonte ipso, ex quo provenerunt sancti liquores, &
termino à quo solliciti hoc quæsito sumus. Communiorem
enim locum, & terminum, per quem, clare satis, voce πλευραῖς,
edocet nos Johannes c. 19. 34. ut tantâ opinionum diversitate
distracti nunquam fuissent Eruditi, si pari ratione specialem lo-
cum aperuisset. Sed, cum extremæ necessitatis non esset, nec
cardo salutis nostræ in eo verteretur, nullatenus aut invidia,
aut ignaviæ postulandus cum reliquis Scriptoribus sacris est.
Atq; ob id promptè, & placidè quidem concedere poterant in
Spiritus S. Evangelistas & Apostolos singulari afflatu instruen-
tis, voluntatem ejuslibet ævi Doctores, rerum abscondita-
rum sapienter incuriosi: Attamen, cum animus humanus sci-
endi ea, quæ antiquitas & ipse Sp. S. obvelavit, cupidine nun-
quam non pruriat, factum est, ut incognitum istum sanguinis
& aquæ, è Christo manantium, fontem indagare tentârint an-
xiè, & conjecturis potius, veri speciem mentientibus, quam,
doctis haud infrequenti, non liquet, sedare animum malu-
erint.

§. 2. Nimis verò longè divagatus est acumine, quo pollet,
ingenii sui Thomas Bartholinus, quando disseruit, num ex cu-
te, musculis aut pulmonibus fluxerit geminus liquor. Præter-
quam enim, quod perfusum aquâ sanguinem, & ex crebris
contusionibus, quas expertus erat Salvator, oriundum

D

credit

credit, ipse opinionem hanc, ut nudius tertius in cerebro suo natam, nec ullâ ratione firmâ suffultam, seponit.

Comment. ad
Joh. c. 19.

§. 3. Perperam, quoq; Walæus, & idem Bartholinus, Casparum Parentem, defensorum, è thoracis capacitate aquam & sanguinem emortuum Christi corpus egressa fuisse sentiunt. Istud enim sententiæ, nullo rationum pondere astructum, in Theologiâ quoq; non leves errores ut committerent effecit. Rationes, quod humores cruenti & aquati inde fluere potuerint, debuerint, & reapse quoq; visi sint fluere, suâ infirmitate concidunt ipsæ. Nam primo injustè fit, quando, mutato Sp. S. stylo, loco sanguinis & aquæ substituitur cruentus quidam, & aquatus humor, qui nunquam è corpore Christi exiit, contestante Evangelistâ. Confunditur ergo terminus per quem, cum termino à quo. Fluxit sanguis & aqua per thoracem, lanceâ militis fractum, quod à se visum Johannes recenset: non autem à thorace fluxus sumpsit initium. Secundò rectè Bartholinus ipse, à posse ad esse non dari conclusionem, ex tritâ Logicorum regula advertit: non bene tamen eam, ut pro se pugnaret, juvit, quum dixit, essentiam in rebus, quæ natura versat, supponere possibile: Quamvis enim hoc verum sit, neutiquam tamen istud ita determinat, ut consequentiæ certitudo inde haberi queat. Deinde verò nec debuit isthinc provenire aqua & sanguis, quem cruoris nomine designant, etiamsi capacitas illa thoracis gaudeat ejusmodi humoribus, vel ex ipsa nativitate, vel transcolatione ortis. Cur enim non repeteremus eos ex aliis quoq; partibus corporis, quæ ob frequentes percussiones, contusiones, ac flagella non carebant cruore? Taceo, quod humores, illic contenti, tam sint exigui, ut, aperto licet thorace, vix exire potuerint, nisi miraculo, quod prorsus hîc explodunt, divino aucti. Testis hujus est Andreas Laurenbergius, qui ita inquit: *Neg, enim major liquoris adest quantitas, quam ut uvidos saltem, ac humectos reddat parietes thoracis: Nunquam tanta copia, ut affatim effluere queat.* Etiamsi quoque concedatur, pro diversitate temperamentorum, calidi, frigidique, modo majorem, modo minorem hujus liquoris quantitatem emergere: Tantum tamen

Colleg. Ana-
tom. disp. 10.
rhes. 7.

de

de hominibus, consuetudine, divinitus ordinatâ, è parentibus prognatis, verum erit: de Christo autem, quem bonitate temperamenti, ob absentiam peccati, nemo mortalium unquam superavit, nullo prorsus modo.

§. 4. Coegit hoc clarissimum Medicum, ut varios confingeret modos, quibus liquor iste auctus fuerit: id quod sine erroribus, quibus impegit in puriorem doctrinam, fieri haud potuit. Dicit, *exquisitos dolores cruoris largiorem copiam ad vulneratas partes advocasse, relicto in proximis partibus sero, ὀξύασι sanguinis*, Cum Daniele Mallonio: atq; exinde statuit, vitiosis humoribus laborasse sanguinem Christi, ut liquefceret & solveretur in serosos liquores, corpus Christi corruptioni alicui fuisse obnoxium, & morbis quoad speciem afflictum.

Comm. in Alphons. Palaeor. de sacro sindone.

§. 5. Sed, quemadmodum spiritus sanguini conjuncti manent, & una cum isto exeunt: ita quoq; serum, fluxioni sanguinis promovendæ destinatum, & essentiam ejus cum reliquis constituens, separari aut relinqui ab eo nulla ratione potest. Quin & tam brevi temporis spatio, quod inter flagella & crucifixionem intercessit, transcolari vix potuit: Accedente, præ reliquis, isthoc, quod tam magna sanguinis copia per flagella non fuit evocata, quæ tantum seri, quantum fluxioni sufficeret, in thoracem amandaret. Imò, si dicendum esset, quod serum, à cruore divisum, remanserit, cur non in singulis partibus corporis, iisq; proximis, subsedisset, atq; ita apertis manibus ac pedibus aqua & sanguis effluxissent? Licet enim singulæ corporis partes capacitatem thoracis non exæquabant: facile tamen id, quod sibi relictum, seri capere poterant. Tandem, quod primo omnium monstrandum erat, falsò supponitur mixtura alicujus sanguinis & seri vitiosi, cum aqua & sanguis, separatim fluentia, fuerint.

§. 6. Multò minus autem ferenda est Honofrii Maneschal, Hispani-Didaci Nugvez & Antonii Santorelli conjectura, quæ vitio alimentorum mali succi, & noctium, quas insomnes egit Servator, auctum serum suspicentur. Non enim in solo pervigilio subsistunt: nec voracitatem Christi, ad supplicium mox

abripiendi, probare queunt. Pessimè verò e aliis è cerebro seri
producitur origo, quod cerebrum nullus unquam mortalium
magis, atque hic, sanum habuerit.

Loc. cit. p. 167

§. 7. Unde etiam purissimus ipsi fuit sanguis, nullo humo-
rum vitio turbatus aut commaculatus vel minimum. Eâ enim
de causâ, quando, subinde per angores animi revoluto sangvi-
ne, tandem guttæ destilabant, ipse purior sanguis, non alius
quispiam humor penetrabat poros. Et qui, quæso, alius,
quam purissimus esse sanguis Christi potuit? Nam massa cor-
poris ejus ex ipsâ nativitate, Sp. S. superveniente & obrum-
brante Mariam, fuit sanctificata, & sancta etiam nuncupata ab
Angelo Luc. 1. 35. & audiebat ὅσιⓄ, ἀνακⓄ, ἀμύανⓄ, νε-
χωρισμένⓄ ἀπὸ τῶν ἀμαρτωλῶν Ebr. 7. 26. Nimis propterea
aberrat à scopo Bartholinus, dum effecti à dolore humoris co-
piam probat exemplo eorum, qui ex vulneribus, ulceribus &
contusionibus sanie abundant, & pleurítico laborant morbo:
Speciatim verò exemplo viri Patavii, à se dissecti, cui diaphrag-
ma inflatæ crumenæ specie, via quarum, propendit; & pueri Pa-
risiensis, cujus, post fata aperto cadavere, medius venter viridi
aquâ repletus inundavit. Christus enim in carne quidem simi-
lis, sed peccato, horum effectuum causâ principè, dissimilis
nobis existit, dicente Petro Dresdeni.

In Exerc. sacr.

§. 8. Deinde corpus Christi ab omni corruptionis specie
liberum fuit, ex prædicatione ipsius Messia, per Davidem, Ps.
16. 10. & confirmatione Petri, Act. 2. 28. Ubi nequiequam facit
notio διαφθορᾶς, pro φθῶ, corruptionem quamvis desi-
gnante, posita; Nam & apud Græcos, nec non Latinos com-
posita pro simplicibus haud raro usurpantur. Unde in fu-
mum abit Heinsii, à Bartholino recepta, distinctio, quâ φθο-
ρᾶν facit solutionem animæ & corporis, quam sequatur parti-
um & humorum resolutio: διαφθορᾶν, quum corpus sic con-
sumitur, ut sola ossa remaneant; & καταφθορᾶν, quum ea
quoq; dissolvuntur; & ex his primam speciem Christum fuisse
expertum, adstruit. Præter id enim, quod probatæ fidei au-
ctorum usu non confirmatur, distingv: est inter mortem natu-
ralem, & præternaturalem, s. violentam. Mortem ex causis
natu-



naturæ corruptæ natam comitari sanguinis & humorum depravationem, dubium penes neminem est: Secus autem fit, quando morte violentâ quis obit. Illam enim sequitur demum, non antegreditur aut concomitatur humorum corruptio. Hæc verò quia exultat ab hominibus, in peccatis natis; veriùs multò de sanctissimo inter homines, Christo, neganda venit. Propterea mortem operuisse Christum, credendum equidem: illam autem, tanquam ex vitiosâ qualitatum pugna non ortam, corruptionem vocari debere, aut posse, tenendum non est. Sed nec intererat humanæ salutis, ut, qui à corruptione æternum duraturâ nos vindicandos sibi sumpserat, sanctissimū suum corpus huic malo per tempus subjiceret, quo mediatore sanctificata corpora æterno exitio subtraherentur. Etenim, talis interitus, quo corpora nostra putredine tandem exedenda forent, nos non mansit ob peccatum; sed cruciatus, in igne inextingvibili, æterni, durante corporis compage, & vermis conscientiæ non intermoriturus Es. 66. 24. Cui accedit, quod, si Christus omnes peccati pœnarum species experiri necessum habuisset, à multis non essemus liberati. Sic urendi adhuc foremus infernali igne, quia igne ustulatum fuisse Christum nullibi legimus; Eodem modo justis etiam morbi adhuc pœnæ essent peccatorum, quos, quoad speciem non sustinuit Redemptor noster. Sufficit in ipsum coniecta fuisse omnia nostra peccata & languores, & disciplinam pacis fuisse super eum, ut livore ejus sanaremur Es. 53. 6. 4. 5. ac per eum quoq; omnia Diaboli opera destructa esse penitus 1. Joh. 3. 8. Sit igitur antiquum malum, ut diffuant in cruce suffixi, & τὰς σάβανας ἀπολλύωσι: modò ne, omni vitio & maculâ vacuo, corpori Christi accidisse dicatur.

§. 9. Postremò etiam Servator noster ne ullo quidem tentatus fuit morbillò, nedum ut singulis corripereetur in specie, vel aliquibus tantum illorum. Nullus Evangelistarum quicquam istius denarrat, solatio cæteroquin suavissimo delinituri mortales, & potissimū morbis lecto affixos: Id quod nec facere poterant, cum impossibile esset, eum experiri morbos, apud quem nulla morborum reperiebantur semina. Non ergò sibi constat

distinctio Bartholini inter dispensationem miserationis, & privationem potestatis aut sanitatis: quia, si libuisset Christo per dispensationem fieri morboſo, ſanitate privari omnino habuiſſet neceſſum, quod ἀτοπον. Mors autem, quam ſubiit miſerator, & ſudor ſanguinis, morbi nullas conſtituunt ſpecies; nec in exemplum vocari debent.

Cap. 1. §. 2. 15.

De dupl.
mart. jr.

Enarr. in Jo-
hann. Harm.
paſſ. p. 376.
Sept. ad mir.
p. 346. in
Χρῆστος Φίλα

§. 10. Quamobrem, relictâ ſuis Auctoribus hâc ſententiâ, ex corde, ſanguinis officinâ, pericardio clauſo, ſanguinem & aquam hanc controverſam derivamus. Deducimur eò ſignificantiori verbo *ὑπόσειν*, ab Evangelifta uſurato Joh. 19. 34. & à Syro per *ܢܝܕ*, & Arabe *يود*, non levius ac brevius vulnus notantibus, reddito, ut ſupra dictum. Favet quoq; petulans militis auſus, & periculum de morte faciendi propoſitum: nec non conſuetudo veterum, quâ in crucem ſublatoſ aliis quibuſdam ſuppliciis enecabant, inter quæ & confoſſio pectoris ſuum habebat locum. Adſtipulantur tandem Patres antiquiores, & recentiores Eccleſiæ Doctores, ac præterea alii, haud infimæ eruditionis viri. Cypriano, *Chriſtum hoc vulnere amiſſiſſe, quicquid in corde reſederat ſanguinis*, auctor eſt. Prudentii verba cap. 1. §. 14. adducta ſunt: Quos ſequitur Brentius, Gerhardus, Dorscheo, Dannhauerus, & alii. Graviter quoq; in Pentagono B. Hulſemannus dixit: *dennoch aber iſt daher nicht zu vermuthen/ ob hette der Kriegsknecht den allerheiligſten Leib unſers Erlöſers/ nur etwa durch die Seite verwundet/ und das Herz Leber und Lunge / Milz und Magen nicht verlehet / ſondern es iſt zu vermuthen / daß er habe mit ganzer Macht angeſehet. Vetus Eccleſia canit:*

*Dulcis baſta latus Dei
Te replevit ſanguine:
Dulcis macro per cor Dei
Volvitur in flumine.*

Et alibi: *Si cor habes maculatum
Inſpice vulnus tam latum,
Cordis ejus, illinc fluit
Unda, qua ſordes abluit*

Plura brevitatis ſtudio non adducam. Expendatur modò, quòd fan-

languis ex corde, & aqua ex pericardio apte deduci potuerit, non tamen sine miraculo. Quæritur hinc

IV. An fluxus sanguinis & aqua miraculosus fuerit?

§. 1. Negant Calvinus, Beza, Goclenius, Perkinsus & Bartholinus. Sed rectius affirmant Ambrosius, Nazianzenus, qui verbo *ἰαυματώς* usus est, & Theophylactus, qui ait: *Judæi etiam mortuum corpus contumeliâ afficere conantur, sed contumeliâ illis in miraculum vertitur.* Gerhardus etiam, Meisnerus, Paulus Tarnovius, Himmelius, Dannhauerus, qui singuli miraculis, mortem Christi insecutis, ultimum hoc annumerant.

Comm. in b. l. Homil. 35. p. 907. in prodr. Lex Phil. p. 112.

in serie caus. sal. & damn. p. 20. tom. 1. oper. c. 18. & in explic.

Symb. p. 669. tract. cit. p. 36. 201. In c. 23. Luc.

Comm. in b. l. Harm. pass. p. 878. Christol. disp. 38. p.

492. Comm. in b. l. quest. 3. χειρ. 5050 φ. p. 241. Comm. in Job. l. cit. c. 14. p.

192. in Catal. script. Eccl. Serm. de pass.

§. 2. Et id justè faciunt. Cur enim Johannes dixisset c. 19. 35. *Καὶ ὁ ἕωρακώς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινὴ αὐτῶν ἐστὶν ἡ μαρτυρία, κακεῖν ὁ ἴδεν ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἵνα ὑμεῖς πισεύσητε, nisi ut fidem miraculo isti, inaudito antea, conciliaret.*

§. 3. Adde quod sanguis in corde, & aqua pericardio comprehensa, ob exiguam copiam fluere non potuisset, nisi miraculo divino adauctus fuisset uterque liquor. Hoc Damascenus & Augustinus subodorati *aquam à Deo genitam* pronunciant: ut ita tam in substantiâ, quàm in fluxu, qui prorsus præternaturalis, miraculum constituatur. Interim, quia & hunc dubium reddidere quidam, quæsitum fuit porro

V. An distinctim fluxerit sanguis & aqua, an verò confusè?

§. 1. Posterius cum Francisco Lucâ Burgensi adstruit Bartholinus, ac Cyprianum sensisse ex libro de montibus Sion & Sina affertur, ubi dicat: *Percussus in latere lanceâ sanguis, ex aquâ mixtus, profusus fluebat, unde sibi Ecclesiam sanctam fabricavit.* Sed Bellarminus rectè judicavit, librum non esse Cypriani, quia stylo ipsius haudquaquam conveniat. Et ipse S. Pater dicit, diversis limitibus sanguinem & aquam emanâsse.

§. 2. Coniungunt se his illi, qui solius tantum sanguinis faciunt mentionem, admixtâ, credo, sanguini aquam existimantes. Est inter hos Chrysostomus: *Τὸ ἐν τῷ πονηρίῳ ὄν, inquit, ἐκεῖνο ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ῥεῦσε:* Hieronymus, *Caro, ajens, quæ crucifixa est, & sanguis, qui militis effusus est lanceâ:* & Barnabas, Sancti Pauli comes, in epistola Catholica, quam Parisiis Hugo Menardus, & cum variis codicibus colla-

tam

tam, edidit Ifaacus Voffius, ita dicens: ὅταν ἐκξύλα αἷμα ἐκξύει.
Nisi tamen Synechdochicâ locutione, alterutrâ parte solum
positâ, illos fuisse usos asserere malis.

§ 3. Verius autem longè cum Cypriano statuit Nazianzenus,
seu, Apollinaris Laodiceus, auctor Tragoediæ, χρειστὸς πά-
σχων, cum inquit:

πλευρᾶς νένυγμένης τὸ θαυμαστῶς ὕδωρ
ἐκξύεν ἑυθύς, αἷμα ἢ ἔπεφυρμένον.

Quos sequuntur Lutherus, Gerhardus, Meisnerus, Paulus Tar-
novius, Hunnius, Casaubonus & Dannhauerus, dum distinctè,
discriminatim, duobus κρηνοῖς, & distinctis quasi metis ac li-
mitibus fluxisse divinos liquores, uno affirmant ore.

§ 5. Fallit proinde Bartholinus, quum fluxum istum sangui-
nis & aquæ per conjunctionem καί, redditam ab Arabe & Per-
sa per Wau copulativum, ad idem punctum & momentum
têporis restringit, adducto ex Gen. 1. exemplo עָנַן וְיָמַח
וְיָרַח, ut evincat confusè profluxisse miraculo genitos liquo-
res. Istud enim exempli non probat, quod ipse intendit. Unde
particulæ huic novam, & Ebræis incognitam, affingit, signifi-
cationem. Hoc quidem verum est, quod particula Vau celeri-
tatem temporis designet, & simulatq; confestim, statim, signi-
ficet Gen. 3. 5. Exod. 17. 11. quod idem præstat καί Matth. 13. 22.
observante Hugone Grotio: Ast, quod, præter vim conjungen-
di & copulandi, confusionem inferat, nullo idoneo demon-
stratum est exemplo. Addo porrò, τὸ εὐθύς, in contextu Evan-
gelistæ, neutiquam ad αἷμα, sed ad præcedaneum facinorosi
militis actum, esse referendum, ut statim, post exactum mu-
ronem, insecutus fuerit sanguis & aqua.

§ 6. Uter autem liquorum prior exiverit, à Johanne defi-
nitur c. 19. 34. Inverterunt hunc ordinem Ambrosius, Hierony-
mus, Damascenus, Ruffinus & Tertullianus, religioso ausu, ob
mysterium baptismi. Melius tamen facit Nonnus cum Johanne
dicens:

πρῶτα μὲν αἷμα χύθη, μετέπειτα τετέσκελον ὕδωρ:


חושלבע

...
lum.
...
enus,
...
...
s Tar-
incte,
ac li-
...
ngui-
z Per-
ntum
...
iquo-
Unde
gnifi-
cleri-
signi-
... 13.22.
ngen-
mon-
Evan-
orosi
mu-
...
e defi-
rony-
fu, ob
han-

05 A 1387

3
ULB Halle
003 781 704



DISPUTATIO THEOLOGICA
DE
VULNERIBUS

CHRISTI,

SUB PRÆSIDIO VIRI

Plurimum Reverendi, Amplisf. & Excellentissimi,
DN. JOHANNIS ANDREÆ
QUENSTEDT, SS. Theol: D. &
Prof. Publ. celeberrimi, Electoralium Alumnorum
Ephori gravissimi, nec non Collegii Theolog. p. t.
Decani Spectatissimi,

Dn. Patroni, Promotoris ac Præce-
ptoris sui omni observantiæ cultu perpetim
prosequendi,

Ad disputandum publice proposita

M. JOHANNES NICOLAO JACOBI,
Dresd. Elector. Alumno.

Editio Secunda.

Ad diem

Anno Æræ Christianæ M. DC. LXIII.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS BORCKARDI.